

actionibus omnibus propter Deum tantummodo agentes, hanc rationem, & intentionum multitudinem, quæ ut plurimum cor, & mentem parit, in hoc unico Dei intuitu subsistit, in unica hac amoris Dei ratione; nullumque aliud animæ obiectum supererit, quam solus Deus. Ita ille, qui semota qualibet consideratione rationem earum, quæ ex creaturis desumuntur, Deo tantum vacat, ac solo Dei sui flagrat amore, hic iam affectus est sublimem hunc perfectionis gradum, omnia videlicet redigendi ad unitatem. Quod si huic obiecto aliud quodpiam conficiat, quod ille respiciat, quin illud referat ad Deum, unitate excedit, contumeliam interit huic magnitudini, coram qua omnia sunt adeo minuta, ut penitus evanescant. At quamvis percipiunt utilitatem Deo hac ratione inservientes? Satis animo assequi nequaquam licet, quam longe hæ rationes puri amoris Dei, & gloriæ eiusdem excedant alias quaslibet rationes, non motuum tantummodo virtutum, verum etiam supernaturalium; quam differat exempli gratia aliquid efficere ut Deo placeat, sanctamque illius voluntatem adimpleat, ac idem operari, ut æternam mercedem assequatur; cum utriusque huius intentionis mensura desumatur ab eo discrimine, quod inter Dei, & creature gloriæ interest, inter quæ nulla sane proportio invenitur. *Ex Tomo 1. Spiritualium Epistolarum Patris Surin.*

Quam præstat nobis ob sublimem huiusmodi rationes operari, quam propter alias quaslibet, quam utilitas propria primum est principium, & causa? Quis non videt animam, quæ in hac puri amoris integritate solidata est, & quæ ex hoc tantum principio operatur, in minima, facilissimeque actionum omnium plus mereri, quam alia, quæ ex alio operata principio maxima, ac difficillima quæque agens non meretur, quia actionis materia parum consideratur, ubi comparatur cum intentione, quæ est tanquam anima actionis, huic vitam, & virtutem impertiens? Quam facile possumus locupletari, nisi animus desit nosmet ad sublimem hæc agendi rationem evehendit. Quam spiritualium bonorum copiam, quos gratia, & gloria thesaurus congregare possumus, si vestimus? Denique quidam sublimis est, quam non aliam nisi divinæ gloriæ curam gerere, non aliam intentionem, neque voluntatem, nisi illam, quam Deus habet, habere? Fingite potest ulla hæc major spiritus magnitudo? *Idem.*

Istic detegendus est abusus, in quem plurimi viri boni, sed nondum satis perfecti, ac spirituales labantur; videlicet quod plures in se bonas actiones aliasque indifferentes operari credunt se illas cum recta intentione peragere hoc prætextu, quod illas offerunt Deo spiritus elevatione, quin negotium illis facebant dispositiones alia, quas puritas intentionis requirit. Homines huiusmodi quam longe falluntur! Recta, quæ ad sanctitatem ducit, intentio in corde præter hanc mentis elevationem ad Deum constituere debet puritatis principium, quo actiones nostræ perfecte efficiantur, videlicet opus est, ut actiones nostræ fluant ex corde perfecte adeo in Deum converso, ut omne vitiosum, ac humile principium excludat, & nullam patiarum immixtionem propriæ voluptatis, vel humani respectus, vel aliam quamlibet causam, quæ efficiat, ut malum in eam, quæ fit, actionem obrepat. *Idem.*

Nullum in corde affectum admitte, nisi qui Dei honorem, & gloriam respiciat. At in hoc ipso Deum unice specta, paraque intentionem mentem tuam jugiter in Deum converte, quin illam patiarum (sæpe ad terrenas considerationes, ad desideria hominibus placendi, ad timores eisdem displicendi, ac non satisfaciendi) submittere. Quicumque enim fidelem hanc sœvet mentem placendi Deo, eumque in omnibus spectat, hic sane Divino Spiritu regitur, & animatur. Hac ratione fruatur libertate filiorum Dei, non aliud quærens quam Deum, non aliud considerans, ac timens quam Deum. Denique hoc patet veras amor, purus Dei amor in corde efformatur. *Idem.*

Ratio vera agendi cum Deo hæc est, quod omnes animæ nostræ facultates divinæ voluntati efficiendæ, ejusque gloriæ augendæ penitus vacent. Ita quæcumque in creatis rebus applicatio impendatur, creature rationem minime habemus, nisi quatenus ad Dei gloriam referatur. Ita quod pro

Conditio ad bonam intentionem necessaria.

Quomodo pura intentio fit adhibenda.

Omnes rationes, quas in actionibus nostris habemus, hæc referendæ sunt, videlicet efficiendi voluntatem Dei.

creaturis facimus, omnem a Deo originem, atque virtutem percipere debet; & affectus, quo creaturam prosequimur, distare non debet ab amore, quo prosequimur Deum; sed ille huius quædam veluti extensio esse debet, divina ratione subinet dominantem potestate subsistente; videlicet, ut agamus ea puritate intentionis, qua debemus, in actionibus nostris non alia admittenda est intentio, quam placendi Deo, ejusque gloriæ inservienti. *Idem.*

Mira hominis elatio non alium suæ essentia suarum actionum habere finem ab eo, quam Deus habet in suis, qui illum agere facit ob eandem causam, qui facit, ut ipsi tantum placere, ipsum laudare, & celebrare contendat, qui facit tandem ut credat, quemadmodum Deus omnia propter illum creavit, ita nihil esse, quod homo non propter Deum facere debeat: *In gloriam meam creavi illum.* Verum animadvertite, ut hanc sequaris imperfectionem, quæ hominem ad suum finem adducit, opus esse quoddam machinamento, primoque principio, quod illum ad eundem trahat. Hoc autem quod est, intentio, de qua loquor, quæ talis est, ut sepe in occasionibus ipsa una constituat essentialia discrimine, quod inter actiones nostras invenitur, quas fingit in sua specie constituit, ut loquitur S. Thomas; & prout bona, vel mala est, actionem bonam efficit, vel malam. *Sermo Manu scriptus.*

Ex intentione actiones nostræ bonitatem recipiunt, quam ex se ipsis non habent, hæc illas atollit, perficit, sanctificat, hæc illis decorem impertit, & Dei locum reddit acceptas. Hæc ratio est, propter quam intentio a Sanctis Doctoribus vocatur anima actionis nostræ, & forma illas vivificans, illis sanctitatis caracterem inuens, easque in Dei iura, ac dominium traducens. Infirmum habeo (Frater), S. Augustinus hoc in argumentum ait, quam vobis aperiam, veritatem, & quam vos callere maxime decet, Deus, quem efficitur suæ dignitas toto cælo super homines elevat, non uti homines, de rebus iudicat; illi enim extrema, mendacique specie contenti, quam actiones nostræ præferre possunt, non aliud requirunt ultra, ut æquam sententiam ferant, atque ut illas bonas existiment, quia in ipsorum oculis fulgent. Deus vero, qui renes scrutatur, & corda, non hæc in corice, sed intima quæque intuetur, & ad examen revocat finem, propter quem operatur. Non igitur ex his, quæ facimus, Sanctus hic ait, earum meritum existimandum est, sed ex fine, quem illas facientes nobismetipsis proponimus. *Officium nostrum non officio, sed sine penamandum est.* Cum tuo iudicium terre captivus, minus cogitandum est utrum quod facimus bonum sit, quam utrum ratio, propter quam illud facimus, sit laude digna. *Idem.*

Inter quos cancellos ex continentur actiones, quæ vitam nostram componunt? Scimus illas in iis rebus consistere, quas propter earum parvitatem offerre Deo nos puderet, nisi nobis esset persufusum. Deum ex nobis hunc honorem perquirere; somno membra recreare, cibo se recitare; negotiis vacare, officiis, quæ singulorum statum propria sunt, perfungi, nonne ea sunt, propter quæ operamur? Quid inimicus, quid levius? sed si affecti voluptate placendi Deo ita propter ipsum facimus, nonne magna, & pretiosa sunt in oculis ejus, & nonne illa merito nobis adscribit, ita ut nihil ultra expectare valeamus? *Idem.*

Omnia opera nostra bona non sunt, nisi cum christianam inducant intentionem. Facite quæcumque libet heroicum, & magnum; hortamini orate, adificate, prædicatæ, jejunate, mundum universum convertite, martyrium ipsum subite; at hæc omnia, nisi recta adit intentio, nihilum putate. Cur istud, quæritis? quia sine illa omnes actiones, quæ adeo nient, sterile sunt, atque nullus pretii. Quod sit, bonum quidem est, at non fit, uti opus est. Quid unquam deest? Intentio, quæ est veluti forma actionem determinans; hoc opus misericordiarum, exempli gratia, bonum est, sed quia voluntas illud efficiens recta non est, nullius erit meriti. Quid porro illam rectam facit pietas, charitas, intentio agendi propter Deum, eumque glorificandi. *Idem.*

Sæpe nosmetipsos colligamus, & cogitemus nos creatos non fuisse, & hoc in mundo non esse, nisi ut

Homo enim dem habere potest finem, quem Deus in actionibus suis, per intentionem.

Intentio bona actionem nostram atollit, & per hanc de illis ja dicat Deus.

Per intentionem minima que magis sunt.

Sine recta intentione maximum quæritur actiones coram Deo nihil sunt.

ut serviamus Deo, & gloriam illius procuremus, illi igitur serviamus est, atque gloria eius quaerenda in iis omnibus, quæ faciemus, loquemur, patiemur; omnia ad hunc finem referenda sunt, quemadmodum propter hunc finem creati sumus. & egregie facit, qui quotidie mane Deo omnes offerre consuevit dei illius actiones hæc intentione: sed plurimi hoc faciunt, quin eam cogitent obligationem, quæ in hac oblatione comprehenditur. Ita se ipsos in pleurique actionibus suis requirunt, & quodlibet aliud spectant, quam gloriam illius, qui unice amandus est, & cui uni serviamus. Eheu! cogitemus nobis hæc animi affectione vivendum esse, atque moriendum, quia propter hoc tantummodo sumus, neque aliam unquam intentionem habere debemus. *Auctor Anonymus.*

Pauci sunt, qui sublimibus hinc divinisque moventur rationibus voluntatis Dei, gloriæ Dei, consiliorum Dei adimplendum. Plurique, de his eam loquar, qui Deo servire proferunt, hæc re adeo parum affecti sunt, ut nonnulli aliqua emolumentum, honorique sui ratione moveantur, in aliquo obiendo negotio extremum capiant consilium. Sola humana rationes in eorum deliberationibus prævalent, voluntas eorum semper in hanc partem inclinat; si opus aliquod sibi inutile futurum putant, illud aperte labire detestant, quidquid faciunt, ad eorum utilitatem referunt, vel saltem non agunt unice, ut Dei voluntatem efficiant, ut Deo placeant, ut Dei gloriam procurent; sed aliquando semper utilitatis suæ rationem admittunt. Hæc profecto insignis infidelitas est, ut ad Dei voluntatem explendam excitentur, in creatis rebus querendum esse, quod nostræ solationi adferat infirmitati, quasi ad id non satis validas rationes gratia suppeditaret. Ecce nihilominus quousque plurimum, redacti sumus. Hæc est querela Auctoris libelli de Jesu Christi imitatione, cum ait: Ullasne invenitur, qui velit Deo sine premio inservire? *P. Surin in Dialogis Spiritualibus Tomo 2.*

Ratio vera, propter quam Ethnicorum, Hæreti-

corum, immo etiam Sapientium sæculi virtutes mendaces sunt, hæc est, quod in his, quæ faciunt, non Deum, sed voluptatem suamque utilitatem respiciunt. Hoc ipsum dici potest de omnibus imperfectis Christianis, qui non agunt propter Deum, neque ex fidei principis, sed ex mere naturalibus causis. Itaque si ullas efficiunt pietatis, vel charitatis actiones, hæc ita sunt humanis immixte rationibus, ut ibi vix, & ne vix quidem aliquis supernaturalis bonitatis gradus invenitur. Quot mulieres, quarum vita non est ad scandalum usque flagitiosa, nonnumquam divinis interfunt officiis, ut videant, & videantur? Quot homines alii gratificantur, ut honesti, & officiosi existimetur? Quot sese demittunt, ac ex mera urbanitate præ se mansuetudinem ferunt? Nonne, officii certant, suamque profitentur amorem illis, quos intus in corde contemnant? Hoc nonne offendit virtutes hæc esse mendaces? Vera virtus haberi non potest, nisi illam exercere studeas propter Deum, & nisi per ea tradita fuerit pericula, quæ illum confirmant, solidantque.

Agere, ut Christianum decet, est omnia operari hac mente placendi Deo, longe semotis omnibus humilibus, & naturalibus rationibus, quæ ut plurimum homines movent, & ad illas impellunt actiones, quæ æquissime, optimæque videntur. Ita Christianus interior, vel qui talis fieri vult, non aliud spectare debet, nisi ut in iis omnibus, quæ faciendæ suscipit, placeat Deo. Deus hoc vult, Deus hoc petit, hoc Deo acceptum est: hic illius finis est, hic scopus, hoc omnium perquisitionum eius obiectum, & apicem quietis ejusdem centrum. Hæc dispositio vocari potest vite spiritualis fundamentum. *Idem Tomo tertio.*

Deus, qui persequax est, atque omnes cordis nostri sinus, latebraque scrutatur, ut plurimum, intentionum nostrarum bonitatem remuneratur; quia iudicat secundum secreta dispositiones, sine quibus opera, & actiones nostræ, quantumvis bonæ videantur, oculis ejus acceptæ non sunt, neque illum meritum habent.

Intentionis desiderium præsentis virtutes nostras irritas facit.

Agere, ut Christianum decet, est placere Deo.

I N V I D I A .

Dolor ob aliena bona. Zelotypia.

M O N I T U M .

Quamquam invidia sit superbia filia, & mox pariat adiam, iram, ulsionem, allaque peccata, quæ illius sunt efficta, attamen, cum ipsa per se sit peccatum, potest etiam esse satis copiose suppeditare morali, utilissimæque concioni; satis enim constat vitium hoc ex eorum esse numero, quæ hodierna die late dominantur in terris, & quibus si etiam, qui virtutem sequuntur, minime carent.

Argumentum hoc pertrahendi tria potissimum sunt animadvertenda. Primum si velit vitium hoc ex ipsius origine ostendere, videlicet superbia, hoc fiat parvus, & jesunius, neque imitetur Oratores quosdam, qui sermonis argumentum immutare videntur, atque non unam, sed duas habere conciones. Sed satis erit docere paucis ex venenato fonte nihil nisi perniciosissimum prodire posse. Alterum est, ne invidia, quæ magnum crimen est, confundatur cum emulatione, & zelo, quæ cum noxio hoc affectu aliis quam habere videntur similitudinem, sed quæ recta quam longissime abhorrent, quandoquidem nostros excitant animos, & ad bonum, quod in aliis videntur, imitandum instigant. Tertium denique est in caracteribus, atque descriptionibus vitii huius, quæ afferuntur, evitandas esse. Poeticas imagines, quas propheta quidam Auctores, immo etiam aliqui Sancti Patres concinnarunt, qui hæc in re sæculi sui ingenium secuti sunt; quod profecto ab hodierno plurimum distat.

Addendum autem puto, quemadmodum non desunt nonnulli, quorum virtus, merita, gratiæ, naturæque bona ipsi constant invidiam eorum, qui rebus huiusmodi carent, si hoc attingatur, eos, quibus invident alii, exciandos esse, ut censuram quamvis effugiant, neque hanc ceant invidiam vel inani ostentatione, vel aliorum contemptu, vel superbia, quæ res majorem illis contemptum, quam invidiam signant.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus Argumenti Structure.

N ullum peccatum est, in quo iniquiores iudices simus, quam invidia. Ne no fibimet fieri vult, se invidiam esse; nihilo minus nulla hac vulgarior est noxa: hoc est primæ partis argumentum. 2. Nemo religioni sibi verit invidiam suam; nihilominus crimen est gravissimum, hoc argumentum est partis alterius. Duplici verbo: invidia peccatum est gravissimum, & perniciosissimum, cuius funestissimi sunt effectus. Hæc tota est concionis partitio.

Pro parte priori: Duplicem habemus regulam, ex qua iudicare possumus, utrum peccatum sit commune, necne. Prima est considerare materiam huius peccati: altera est considerare numerum eorum, qui huic patrandi sunt magis obnoxii; quod tamen fieri nequaquam consuevit, ubi agitur de invidia. 1. Illam oculis nostris abscondimus; certum est enim, amorem proprium, qui, generatim loquendo, omnibus vitiis nostris personam inducit, peculiari solertia hoc dissimulare. Nemo unus fibimet consistit vult se zelotypum, vel invidiam esse, hæc enim simul est & verecundia, & infirmitatis confessio. Et sane alieno tantum merito invidemus, cui clanculum, & in corde æquiores iudices nosmet præbamus, illius, qui invidiæ nostræ obiectum est, cognoscimus merita, sed quemadmodum refugimus nosmet illi inferiores fateri, ita nos quocumque illi invidios esse fateri nolumus. Hinc fit, ut querantur, ac inveniantur tandem rationes, ut eum oderimus, quem licet inviti plurimi facimus, in eius persona plures deprehendimus defectus alienis latentibus oculis; infirmiores illius partem scrutamur &c. idque ut secreta consolatione nobismetipsis verba dare valeamus dicentes, nos illius potius odisse vitia, quam eisdem meritis invidiamus. 2. Si tanta cura nobismetipsis invidiam nostram dissimulare contendimus, multo magis eam alios celare conamur; liquido enim cognoscimus, ubi illa prodeat, jam infirmitatem nostram ab omnibus agnoscit, & quamdam veluti a nobis fieri confessionem. quod illi inferiores sumus, qui invidemus &c. Hoc posito dico 1. nullum esse peccatum hoc vulgariter, si spectetur invidia materia, quæ latissime patet, etenim quidquid vel te ipsa, vel in specie bonum est, invidens oculis afficit, meritum, virtus, gloria, existimatio, divitiæ &c. quæ singillatim sunt recensenda. 2. dico secundo, homines quoscumque characteris, & conditionis in statu suo occasiones invidiæ nascuntur, ideoque nullum esse vitium hoc magis universale. Hoc aliis peccatis non accidit; ætas, temperamentum, diversæ occasiones, conditiones variz temporis beneficio liberant saltem a quibusdam pravis animi studiis; sed invidia vitium est generale omnium hominum, omnium ætatum, omnium conditionum: neque hæc veritas majorem in locum proferatur, satis est hæc Sancti Augustini sententia, si rite explicetur: Homo vel paribus invidet, quod ei coæquantur, vel inferioribus, ne ei coæquantur, vel superioribus, quod eis non coæquantur. Verum etsi ex hisce rationibus, atque inductionibus facile conjici possit, quam late pateat hoc scelus, nullum tamen vitium est, in quo iniquius iudicium de nobismetipsis feramus. Fateri non possumus hanc noxam, immo nullum crimen est, quod facilius proprix cognitioni subtrahamus, nullum quod diligentius aliorum oculis coarctemur abscondere &c.

Pro parte altera; nescio quo errore decepti homines invidiam peccatum sibi religioni minime verecundiam in cordibus suis imminuerint. Numquid, Sanctus Thomas ait, quia cum hæc noxa nullam extrinsecus mali speciem præferre videatur, minus afficit sensus, quandoquidem tota in imis cordis latebris conficitur? Quomodo cum se habeat res, hoc vitium æque & imaginatio, & ratio abhorrent, ideoque duabus immemor considerationibus, quarum altera est, invidiam, si in seipsa spectetur, gravissimum esse crimen; altera vero,

si illius inspiciantur effecta, vitium esse saluti perniciosissimum. 1. Gravissimum crimen est, ita enim peccat contra charitatem, quæ fratri debetur, & quemadmodum charitas est virtus omnium præstantissima, oppositum eidem vitium nonnisi gravissimum esse potest. 2. Invidus contra iustitiam peccat, virtutem hanc in latiori sensu fumendo; invidus enim fere semper contra ius, & fas temere in fratrem suum irritatur. Ad hæc nihil perniciosius in effectibus, cum enim inter capitalia recensetur crimina, fons est aliorum plurimorum, præsertim vero discordiæ, atque dissidii, principium est sextentium animi perturbacionum, quarum aliz aliis succedunt, lætitiæ, mororis, odii &c. Denique efficit, ut passim execretur iniustitia, & crudelitas, quemadmodum videmus in Saul, qui Davidis gloriæ invidet, quod factum laqueis amplificare potest, ac tandem inferre, cum hoc vitium gravissimum sit, atque perniciosissimum, ideo summa cura esse evitandum &c.

Pro argumento, atque divisione concionis de invidia desumpti possunt hæc duæ veritates, quæ continent quidquid hæc in re majoris momenti potest asserri. Prima, invidiam magnum corruptionis principium in corde significare, improbam indolem, superbiam, amoris proprii plenam, nullumque charitatis, æquitatis naturalis, neque Chritianissimi, & Religionis speciem præferre.

Alterâ est, peccatum huiusmodi in hac etiam vita præconi interno puniri propter cruce, atque tormenta, quæ hoc vitium adfert iis, qui ab eo possidentur.

1. Invidus erga Deum ingratus est, quoniam non contentus iis bonis, quæ divina bonitas largitur, effuseque illi donavit, dolore conficitur propter ea, quæ ab eadem aliis tribuuntur, hoc pacto illius Providentiam insimulans, bonorum distributionem vituperans, & quodammodo illi adversatus. 2. Injustus est, & contumeliosus in proximum, illi obstrictans; illum sine causa persequens, & quin ullam succedendi rationem habuerit, atque tandem nihil intermittens, quominus omnem eidem abroget in populo fidem, atque existimationem. 3. Crudelis est in seipsum propter intolerabiles cruce, quas illi hæc figit animi perturbatio, quomodo videre est ex infelici vita, quam & Cain, & Saul in terris vixerunt hæc agritudine agitati.

1. Invidia quibuslibet virtutibus adversatur, quod vitii huius proprium est, cum cætera peccata singulis tantummodo vitiis adversentur. 2. Fœdus inicit cum vitiis omnibus, quorum alia sunt causa, alia effectus, alia tandem adminicula ad eum deprimentum, eique abrogandam fidem, cui invidetur. 3. Causa est plerorumque malorum, quæ in mundo contingunt.

Cum invidia ex diametro charitati sit opposita, illam huic contrariam esse ostendere potes.

1. Charitati erga proximum, dolens ob illius bona, & gaudens ob ea mala, quæ in ipso sunt, vel quæ eidem accidunt. 2. Charitati erga Deum, Deo enim succentur, qui dolet ob ea bona, quæ ille distribuit, quamobrem hoc est peccatum contra Spiritum Sanctum, cuius bonitas vel vituperatur, vel accusatur. 3. Obicem deinde statuit effectibus divinæ erga nos charitatis, cuius fontem exhaurit.

Quidquid ad hoc pertinet argumentum, potest etiam duobus hisce magis simplicibus propositionibus comprehendere.

Propositio Prima: Malum, quod invidia gignit in mundo, in imperiis, in familiis, omnibus societatibus. Propositio Altera: Malum, quod adfert illi, qui eam concepit, tumultum, quem ciet in invidentis animo, dolorem, quem parit, molestiam, & desperationem, quæ ultro eam consequuntur; quibus addi possunt mala, quæ in omnem partem ter-

II. III. IV. V. VI.

ternitatem, lævum mororem, quo conficietur videns fortasse æterna beatitudine perfruentem illum, cui invidet.

VII. 1. Quam perniciosum sit hoc vitium propter malum, quod & proximo infert, & nobis: quod invidiæ comprehendit effectus, qui hanc animi ægritudinem maxime perniciosam efficiunt. 2. Quam difficilis sit medicina; omnes enim humanæ consideraciones sunt infirma remedia; ex vero, quæ ex Deo, & Religione asseruntur, vi huius affectus, qui corde potius est, infirmantur.

VIII. 1. Hoc peccatum est maxime contrarium Religioni, & naturali æquitati; rationes patent; hoc enim efficit, ut peccatum adeo fit invisum, & turpe, ut nemo illud audeat confiteri. 2. Maxime contrarium est legi Dei præcipienti, ut proximum æque ac nosmet diligamus. 3. Maxime contrarium civili societati, ubique enim discordias ferit, & causa est omnium dissidiorum, & contentionum.

IX. 1. Invidus fibimet nocet propter dolorem, quo conficitur ob ea bona, quæ videt in proximo, cuius existimationem in populo conatur atterere. 2. Inimico suo malum inferre conatus bonum procurat, & facit.

X. 1. Invidus injustus est invidens proximo propter naturalia bona, & prægratias. 2. Impius est invidens illi supernaturalia, puta gratias, atque virtutes.

XI. 1. Invidus se ipsum infelicem facit propter curas, quibus se ipsum torquet. 2. Detegit maximam imbecillitatem in verbis suis, & colloquiis, quæ ingerit de illius existimatione, cui studet officere. 3. Denique odium sibi constat actionibus suis propter improbitatem, quam in factis omnibus exercet. Ex Manuscripto Sermone, qui P. Massillon tribuitur.

XII. 1. Invidia affectuum omnium est ignavissima. 2. Hæc præ cæteris majorem nobis dolorem adfert. 3. Hæc nos ad majora scelera adducit. Ex Abbatæ de Monmorel Sermone in 16. post Pentecost. Dominicam.

XIII. 1. Invidus sine honore vivit, quia hoc turpe vitium est, quod nemo audeat confiteri. 2. Vivit sine requie, iugiter crudeli agitur invidia, quæ disrumpitur. 3. Sine spe convalescendi, atque veram penitentiam agendi. Ex moralibus Sermonibus.

XIV. 1. Nil iniquius invidia; cuius rei jam allata fuerunt argumenta. 2. Attaneo quodam in sensu nihil æquius invidia propter cruce, quam invidentibus figit. Hæc diviso desumpta est ex quodam S. Gregorii Nazianzeni loco, qui adhiberi potest pro huius sermonis argumento.

XV. 1. Invidia peccatum est, quod omnes horrent, oderunt, sed a quo vix sibi aliquis cavet. 2. Diabolicum est peccatum, sed quod sæpe in iis invenitur, qui pietatem præsentant. Ex Dictionario morali.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad proposita Concionum systemata exornanda.

Sancti Patres.

Sanctus Cyprianus egregium edidit hæc de re tractatum, cui titulus de zelo, & livore. Sanctus Zeno Veronenis alium de hoc argumento tractatum conscripsit, ubi in id incubuisse videtur, ne quid reliquum faceret, quod desideraretur.

Sanctus Prosper, lib. 3. de Vita Contemplativa c. 9. fusius hæc de re verba facit, invidorumque ingenium, atque improbitatem describit. Sanctus Basilus eximium habet de invidia sermonem; de qua loquitur etiam in Hom. 2. in aliquot Scripturæ Sacre loca, ubi ostendit, hoc diabolicum esse vitium, neque rationem præmittit.

Sanctus Hieronymus, Epist. 27. ad Eustochium, ubi adersens S. Pauli Romanæ Epitaphium scita præbet consilia iis, quibus invidetur. Sanctus Augustinus, in Psalm. 139. docet quænam sit invidiæ causa, & quibus potissimum invidetur.

Idem, Sermon. 38. de Temp. loquitur de malis, quæ hoc vitium affert & iis, qui eidem sunt obnoxii, & iis, qui eodem imperantur. Idem, in Expositione Epistolæ ad Galatas, docet quid æmulatio, & invidia differant.

Idem, Sermon. 53. De Verbis Domini, ostendit invidiam ex superbia proficisci; quod ipsam præstat etiam lib. 11. de Genesi ad Litteram.

Idem, lib. 50. Homiliarum Homilia 15. docet charitatem unicum esse contra invidiam amuletum, & invidentem membrum esse ab Ecclesiæ corpore avulsam.

Idem, Sermon. 83. de Temp. ostendit, quam infelix, & miser in hac etiam vita fit invidus. Idem, lib. de Discipl. Christi. docet hoc proprie dæmonis esse vitium, & crimen.

Sanctus Gregorius, lib. 5. Moral. cap. 30 & 31. hæc Jobi explicans verba, Parvulum occidit invidia, docet eum, qui alteri invidet, secreto se illi inferiorem fateri.

Idem, lib. 6. Moral. ostendit mentis cæcitatem, quam gignit invidia. Idem, in Pastoralis, docet invidum ex aliena felicitate esse infelicem.

Sanctus Chrysostomus, Homil. 47. in S. Matth. integrum habet de vitii huius indignitate sermonem. Idem, Homil. 52. in Genes. ostendit invidentis iniustitiam, qui mala præcatur illis, a quibus nihil mali accepit.

Idem, Homil. 61. in Genes. ostendit invidiam nocere invidenti, atque prodesse celebrati illis, cui invidetur. Idem, Homil. 36. in S. Joann. affectus huius favitiam ostendit.

Idem, Homil. 54. in S. Joann. probat invidiam furororem esse; nam ut invidens nihil duci interitum suum, dummodo illum, cui invidet, perdat. Idem, Homil. 7. in Epist. ad Rom. affectionis huius insanos ostendit effectus.

Idem, Homil. 3. in primam ad Corinth. prolixum habet huius argumenti sermonem. Idem, Homil. 3. in primam ad Timoth. Epist. ostendit iis potissimum invideri, qui virtute suo præditi.

Idem, Homil. 44. ad Popul. Antioch. invidios furentibus comparat, & Homil. 33. ostendit vitium hoc bonis operibus immicere, & nonnullum in piis etiam hominibus grassari.

Idem de hoc etiam argumento loquitur Homilia 57. in S. Joannem, lib. 1. de compunctione cordis, in Homil. 29. in primam ad Corinth. & Homilia 3. in primam ad Timoth.

Sanctus Chrylogus, Sermon. 173. describit malum, quod invidenti adfert invidia. Auctor sermonum ad Fratres in Eremo, qui inter D. Augustini opera circumferuntur, Sermon. 18. recenset mala, quæ invidia parere consuevit.

Sanctus Gregorius Nyssenus libro de Beatitudinibus egrægam habet invidentium hypotyposim. Sanctus Bernardus, lib. de interiori domo c. 61. docet, invidiam sæpe violentiam suam lux sanctitatis, zelique colore exercere.

Gerfon, part. 4. Domin. Quadrag. loquitur de hoc vitio. Ludovicus Granatensis in Peccatorum Duce c. 7. Affectus alii.

Petrus Canisius, De Justitia Christi, s. 6. Jacobus Alvares, Tomo 2. l. 1. p. 1. c. 1. & seqq. Cardinalis Bona, lib. de Manducis. ad Cælum, veros adfert characteres invidia.

P. Cassinus in Aula Sancta tractatu 3. passione 13. septem sectionibus pertractat, quidquid ad hoc pertinet argumentum. Coeffetau in libro de Affectibus.

P. Senault in Usu Affectuum, de malo invidiæ, ac doloris usu. P. Sain-Jurè, lib. de Cognitione, & Amore Domini sect. 6.

Bernardus Rossignolus, lib. 2. de Disciplina Christi. P. Nepveu Tomo primo Considerationum Christianarum.

P. Croiset Tomo 2. Considerationum. Velalquez. in cap. 1. Epistolæ ad Phlipenses. Aucto Moralis Christianæ, lib. 2. sect. 1. art. 4. Palafox in Homiliis Theologicis, & moralibus de Passione Homil. 1. Liber cui titulus, La Guerre aux vices, prælio nono contra invidiam.

Plurimi Theologi, & Casuista argumentum hoc pertractarunt. Mathias Faber, Conc. 6. & 9. in Dominic. Serp. p. 167.

Conclonatores re- cenciores.

P. Tlexier sermone pro feria secunda Hebdomada tertia in Quadragesima loquitur de vitii hujus causis, effectibus, & remediis.

In libro cui titulus, *Essai de Sermons sur la Dominicale*, Sermone pro sexta post Pentecosten Dominica.

P. Daneau Sermone pro feria tertia post primam Quadragesimam Dominicam.

P. Boardaloue in sermonibus sub eius nomine editis, in prima parte Conclonis de Passione loquitur de Scribarum, & Pharizorum contra Dei Filium invidia.

In sermonibus Moralibus, in Dominicali, Dominica 3. Quadrag. sermo de invidia est.

Joly in sermonibus de invidia loquitur.

Auctor Sermonum in omnia Ethice Christianae argumenta Sermonum pro feria tertia hebdomada prima in Quadragesima.

P. le Jeune Tomo 8. Sermone 52. hoc argumentum pertractat.

Abbas de Monmorel in Homiliis in Evangelia annui Dominicarum sermonem habet hujus argumenti pro 16. post Pentec. Domin.

Qui colle- ctanea col- lectant.

- Bulfus in Panario.)
- Granatenfis in locis comm.)
- Peraldus Tomo II.) Verbo Invidia.
- Summa Praedicatorum.)
- Bercorius.)
- Labatha in Thesuro,)
- Marchantius, Tractatu 4. Tubae Sacerdotalis, lect. 1.)
- Raynerius de Plis in Pantheol.)
- Drexellius in Joseph.)

PARAGRAPHUS III.

Loci, Exempla, & Applicationes Scripturarum huius Invidiae.

Hec causa somnorum atque sermonum, invidiae & odii fomitem ministravit. Genes. 37.

Invidiam illi habentes jacula. (Loquitur de fratribus Joseph.) Genes. 49.

Parvulum occidit invidia. Job 5.

Peccator videtur, & irascitur; dentibus suis fremet, & tabescit; desiderium peccatorum peribit. Psalm. 111.

Qui ruina letatur alterius, non erit impunitus. Prov. 17.

Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas & in ruina ejus non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & auferat ab eo iram suam. Prov. 24.

Putredo officium invidiae. Prov. 14.

Ne comedas cum homine invidio. Prov. 23.

Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum; imitatur autem illum, qui sunt ex parte illius. Sap. 2.

Neque cum invidia tabescente iter habebis: quoniam talis homo non erit participes sapientiae. Sap. 6.

Nequam est oculus invidi, & avertens faciem suam, & despicit animam suam. Eccl. 14.

Qui sibi invidet, nihil est illo nequius, & haec red- ditio est malitiae illius. Ibid.

An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Matth. 20.

Gaudium meum impletum est; illum oportet cresce- re, me autem minui. Joann. 3.

Charitas non emulatur. 1. Ad Cor. c. 13.

Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra. 1. Ad Cor. c. 12.

Quidam propter invidiam & contentionem Chris- tum persequuntur. Ad Philip. 1.

Non efficiuntur inanis gloriae cupidi, invicem inviden- tes. Ad Galat. 5.

Propter quid Cain occidit Abel? Quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem ejus iusta. 1. Joann. c. 3.

Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Joann. 11.

Noli emulari in malignis, neque zelaveris sa- gientes iniquitatem. Psal. 36.

Exempla ex Veteri, Novoque Testamento deprimpta.

Invidia, quemadmodum Sanctus Bassilius, alique nonnulli Patres affirmant, proprium est demonis vitium, qui in caelo quidem invidit gloriam hypostaticae unionis cum humana natura, in terris vero protoparenti nostro, omniaque illius posteritati aeternam felicitatem, de qua intelix ille spiritus ex- ciderat. Peccatum hoc Angelorum principem in miserum demonum omnium convertit, eumque de summa Caelorum sede in inferum abyssi precipitem dedit. Hinc S. Joannes Chrysostomus non dubitavit asserere, peccatum hoc ceterorum antiquis- simum esse, primamque labem, qua Angeli, hominesque fuerunt contumaci: *Invidia malum vetus- sum, & prima labes*. Demoniis denique invidia hominum parenti funestissima tenet invidias; in- vidus enim ille spiritus aequo animo ferre non va- lens, hominem, cujus natura sua longe erat infe- rior, creatum esse in statu adeo felici, necnon beate destinatum gloriae, cum interim ipse aeternis torquendus esset suppliciis, nihil inausum reliquit, ut illum suae calamitatis consortem efficeret, crimi- nis sui faciendum participem; atque hoc pacto, ut Scriptura inquit, aditum aperuit morti, omnibusque malis, quibus homines parent.

Demonis invidia.

Vix Adam, & Eva exiliis sui locum fuerunt in- gressi, cum Cain factus esset primus demonis disci- pulus, qui illi zelotypiae sensus insudit contra fra- trem, eumque patricidium committere docuit. Sensit ille, praeter ius ea, quae Abel offerbat, sacri- ficia Deo esse gratiora, qui ne oculos quidem in Caini victimam convertere dignatus ea offerentis, quae pessima erant in grege. Hinc ille maxima fuit correptus invidia, quae causa fuit, ut consilium in- iret illum interficiendi, qui Deo erat acceptus, ut quodammodo sibi a Deo illatam ulcisceretur inju- riam propter gratiam, qua hic Abelem cumulave- rat; eumque Deum ipsum in persona lacessere minime posset, in fratrem irrupit. Simulavit ille quidem se cum hoc animi gratia velle deambula- re; eumque Abel procul abesse, ut aliquam conciperet suspitionem consilii nequissimi, quod Cain fovebat, fratrem subsecutus est usque in eum locum, ubi facto nullis adesse poterat testis. Tunc repente irruens in eum misera perdidit. Ita mor- tuus est iustorum omnium antesignanus, qui mor- tue sua factus est figura Jesu Christi Judaeorum in- vidia, qui secundum carnem illius fratres erant, occi- dit; & hoc in sensu Salvator Agnus innocens ab initio mundi fuit jugulatus.

Quantum invidia in humanis cordibus valeat, non alio melius ostendi potest exemplo, quam filio- rum Jacob adversus fratrem suum. Caini in Abe- lem, vel Esau in Jacobum invidia nihil habet, propter quod praeter illa magis esulgeat. Oderant il- li hunc puerum, quippe qui virtute praeditus erat, quae ipsi penitus erant destituti. Ei noxae verterant singularem, quo a patre diligebatur, amorem, & quem illi virtus sua conciliaverat. Illam nocentem efficere voluerunt, quia Deus ipse mysticis offen- debat somniis consilium suum, quo illum ad ho- norem evehere decreverat. Nemo unus ignorat enor- me scelus, quod contra ipsum cogitaverant, & quod proculdubio explevisent, nisi quadam pietatis reli- quiae in eorum nonnullis aliorum evertissent consi- lium, quo puerum crudeli invidiae suae mactare meditabantur. Nostis, quae arte off fuerint, & quid deinde contigerit; illud vero hinc nobis discen- dum est, quod videlicet Providentia oblectari vi- detur eos ad felicitatem attolens, quos invidi per- dere student; quandoquidem videmus Deum in- vidia usum fuisse fratrem, ut Josephum ad sublimi- ra perduceret. Illos patris offenderat amor, quo hunc ceteris anteferebat; hic vero poten- tissimi Regis factus est amicus, & ab eodem hono- ribus cumulatus. Illos offenderat somnium, quod ab innocente puero sibi fuerat narratum; eumque hunc per invidiam externis venundidissent popu- lis, aliquanto post coram eodem fese proferrere debuerunt, eumque Salvatorem, Patronum, & ab- solutum fortunae suae Dominum confiteri.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

vore exarfit propter livorem, quo eidem invidi- bat, ut, hoc in dies pererebescente propter inju- riam, qua se affectum arbitrabatur, consilium inie- rit post parentis obitum, gravissimam de fratre ul- tionem repetens. Nec esset caruisse minae, nisi eorum mater Rebecca sollicita ea praeveterae studens mala, quae praevidebat futurum, ut ex hac orirentur invidia, opportunum, speciosumque pra- textum nacla fuisset, quo Jacobum peregre mitte- ret, eumque procul a fraternis oculis in tuto sta- tueret.

David, ubi exercitum Saulis servasset, atque il- lius honori, nominique egregie consulisset, prope fuit, ut de viventium numero exturbaretur pro- pter improbitatem illius, pro quo vitam in aper- tum discrimen adduxerat, & qui illum ultra pari non poterat; eo quod virgines majoribus laudibus Davidis, quam Saulis gloriam celebrabant, dicen- tes, Percussit Saul mille, & David decem milia.

Verba haec, atque testimonium, quod perhibebatur virtuti David, Saulis ad illius interitum excita- runt, ut ipsum suae mactare interitum. Postquam frustra nihil inausum, intentatumque reliquit, ut huic vitam eriperet, exulem procul eiecit. Verum non ideo ejus odium deleberit: tria militum col- legit milia, cum quibus ipse Davidem in desertis delitescens est persecutus. Si rem propius inspi- cere velimus, eamque ad examen revocare, quae- nam odii, invidiaeque in Saulis exarfit causa, non aliam profecto inveniemus quam prosperitatem, virtutemque David, qui alioquin adeo mitis, & humanus erat, ut, cum in loco sibi acquissimo Saulis mactus esset, eumque tuto, & facile posset confodere, nihil eidem officere ausus est. Pracla- rum hoc facinus, & insigne beneficium Saulis cor non mutarunt, sed ejus perfidia eo evasit, ut im- pensus beneficiorum suorum perdere quereretur, quae tamen non aliud adsequi est, nisi quod insignis Da- vidis virtutes magis eniterent, ac ipse mortalium omnium in se odia converteret.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

tur. Solus aderat Mardocheus, qui non ex vanitate sed religionis causa renebat cum ceteris prator- eunti assurgere, atque sese inclinare; quae res a- deo superbum hunc Principem irritavit, ut videns Mardocheum, qui quotidie praeter Regis foribus ad- erat, quo ipse magna stipendia principum totius im- perii caterva se conferebat, videns, inquam, Mar- docheum sibi salutem dicere indignantem tanto fuerit dolore confectus, ut ex beatissimo, ac felici- ssimo omnium mortalium factus fuerit infelicitis- mus. Nec satis, cum enim nequiret ultra ferre ho- minis adspicium, quem alioquin contemptibilem esse arbitrabatur, tanta exarfit ira, ut illius cum to- ta gente perendi consilium iniecit. Verum non co- gitabat miser, quidquid ad hominem perdendum meditabatur, & ad commentitium contemptum ul- ticendum, in caput suum esse respicendum. Opa- bat, Judaeum hunc coram ipso humiliari, sed coactus fuit habenas moderari equi illius, cui infederat Mardocheus. Ad haec cruce parayerat quinqua- ginta cubitis altam, cui hominem abiectionum suspendere moliebatur; verum ipse inde pendit iusto Dei iudicio, quod in invidentium probrum, & interitum vertit, quod illi in alios machina- bantur.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

Invidia Esau in Jacob fratrem suum.

vidus vero ex illius prosperitate dolore conficitur. Attamen in peccato hoc non deest plus, & minus, non secus ac in reliquis, quemadmodum animadvertemus.

Quid peccatum peccati gravitatem constituit.

Per invidiam illa naturae infringitur lex, qua iubetur aliis ea pro viribus efficere, que nobis fieri cuperemus. Volumus alios nostrorum misereri malorum, atque letari ob ea, que possidemus, bona; attamen per invidiam alienis gaudemus adversariis, prosperitate vero moremur. Immo per invidiam iustitiam etiam naturalem instinctum, quem immitit Deus ipsis creaturis, que sensu carere videntur, quo ad se simul conveniunt, ut ad commune bonum concurrant, atque totius utilitatem eadem ratione qua partis cuiuscumque respiciant. Invidus enim seipsum tantummodo amore prosequitur, ac pro se vivit. Violat hanc gratiam legem, que iubet, nosmet ultro citroque tanquam fratres haberi in eadem familia viventibus, sub eiusdem patris regimine, & sine matris eiusdem. Suffocatur hinc orientis Christianissimi spiritus, qui vult eandem in nobis vicissim sympathiam adesse, que in eiusdem corporis membris invenitur.

Quoniam in sensu peccati peccatorum maximum.

Quaritur Theologi quidam, utrum invidia sit omnium peccatorum nequissimum. Qui hoc affirmare audeat, ne ille quidem assereret rem nullis argumentis probandam, pressius loquendo; formalis enim Dei odium, blasphemia, aliaque multa proculdubio graviora sunt, noque coram Deo nocentiores efficiunt; quod minime prohibet, quo minus quaedam adit invidia, que inter gravissima scelera iure est recensenda. Huiusmodi illa est, que contra proximum concipitur, eo quod peculiaribus gratis, & beneficiis fuerit a Deo cumulatus, vel ad sublimem sanctitatis gradum erectus; hac enim invidia peccatum est contra Spiritum Sanctum, quod Theologorum nemo diffinitur. Hinc iuxta S. Chrysostomi sententiam, qui videtur asserere cetera quocumque peccata ab hac nequitia superari, iure inferri potest illud quodammodo esse gravissimum omnium: peccati enim improbitas eo maior est, quo minor adest illius patrandi causa; & causa illa, que nos ad peccandum impellit, minori pollet illecebra. In peccatis reliquis, quemadmodum infra dicemus, aliqua utilitatis, honoris, aut voluptatis species percipi videtur; sed hoc mere nequitia peccatum est, sine quaestu, sine ullo fructu, qui invidentibus cedat.

Quomodo invidia propeium fit demonis peccatum.

Iniquitatem Theologi invidiam proprie non esse huius mundi peccatum, licet nullum hoc sit in mundo vulgari. Ratio vero, quam adferunt, hac est, quod omnia mundi peccata ex tribus oriuntur concupiscentiis illa componentibus, que a S. Joanne asseruntur. Sed in objecto invidiam nullum est bonum vel honestum, vel utile, vel delectabile; hoc igitur peccatum est diaboli, ab hoc tenebrarum spiritu inventum, ut S. Chrysostomus ait. Quamobrem, ut S. Cyprianus animadverit, invidia in scripturis particulari modo peccatum demonis dicitur; *Invidia Diaboli*; eodem pacto quo misericordia cum sit perfectio maxime essentialis Deo *Misericordia Dei* dicitur. Hac ratio est, qua demon agit omnia corrumpere, perdere omnia, quin illa ipsi utilitas cedat, sed contra maxima illi fiat suppliciorum accessio. Vult malum ex mera inclinatione malum operandi; quapropter S. Augustinus ait, demonis naturam ex duobus potissimum vitiis coalescere, superbia, & invidia. *Superbia, & invidia diaboli est diabolus*.

Quid docent Theologi de principis Angelorum peccato.

Invidia tantum malum est, ut causa extiterit interitus rebellium Angelorum iuxta nonnullorum sententiam, & hominum, iuxta Sacra Biblia, nec non nequissimum scelus omnium, hoc est Decidium peperit. Quidam enim sapientes Doctores tenent Angelorum principem, & qui partes eius secuti sunt per invidiam peccasse, cum enim revelasset illi Deus velle se hominibus induere naturam, pati non potuerunt, ut Deus tantum homini conferret honorem, quo se digniores arbitrabantur; itant egre, & iniquo ferentes animo, quod illi posthabebant creaturam, quam sibi multo inferiorem putabant, a Creatore sui imperio descenderunt.

Quomodo invidiam malorum omnium excipit causa.

Sit invidia fuit causa peccati principis Angelorum, fuit etiam causa peccatorum omnium, atque malorum, que per ipsam evenerunt. Nisi enim demon invidisset homini gloriosam creatione eiusdem prerogativam, hunc nequaquam tentasset; & Adam primitivum tentatus innocentie suae detrimentum passus non fuisset; & nisi hoc passus fuisset detrimentum, primus ille parens nature suae tantum malum

minime communicasset. Igitur infelicissimi huius spiritus invidia causa est nostrae calamitatis, & quamquam nullum peccatum sit, cuius virus antiquus hic serpens non infundat cordibus nostris, S. Gregorius ait, ipsum per invidiam omnem suam exhalare nequitiam, atque pestem suam in omnem terram faciem effundere.

Si invidia tristitia est, oportet necessario talem esse ob aliquid malum: sed malum quo invidus morretur in ipso tantum est mente. Putat proximi sui bonum sibi malum esse, quod minime est: Quod enim alter illo sit locupletior, doctior, vir utibus ornator, hoc illum non efficit magis vel pauperem, vel imperitum, vel vitiosum. Aliena bona illi minime nocent, dolet tamen perinde ac hoc proprium esse malum. Hac in re ab aliis vitis differt invidia, que ex causa mere imaginaria nequaquam proficitur.

Si invidia peccatum est contra charitatem, nihilominus peccat etiam contra iustitiam, etenim contra omne jus, & fas dolet ob proximi sui mala, & ob illius infortunium letatur; praterquamquod violat iura amicitiae, consanguinitatis, & laepe etiam naturae. Sed in ea iniustitia, quam cum proximo exercet, quamdam servare videtur iustitiam specie propter crucem, quam invidentibus legit. Hac de causa cum Sancto Gregorio Nazianzeno dicere possumus, illam altero quidem in sensu iustum esse, in altero vero iniustum; iustam quatenus torquet subiectum, in quo est, animam videlicet invidentem, quam lacinat; iniustam quatenus ad obiectum refertur, qui proximus est, cuius felicitatem ferre non potest.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Affectibus, & recentioribus Concionatoribus loci huius Argumenti.

Invidia, Sanctus Chrysostomus inquit, monstrum est hominum concordiam, & societatem proflus evertens: lethalis est morbus; vitium est quodammodo ipsa perniciosa avaritia, quam nihilominus malorum omnium radicem vocat Apollolus. Avarus enim letatur, cum aliquid recipit bonum, sed invidus gaudet non cum bonum accipit, sed cum videt nullam ab altero recipi, vel alterum eo quod habet privari. Suam considerat utilitatem, alterius iacturam. Hic est communis humani generis inimicus; demones invidi sunt, sed hominibus invident; vos autem cum homines sitis, ipsorum hominum hostes estis. Tenebrositas hac animi perturbatio, Sanctus Augustinus ait, primas naturae leges impugnat, & Christianae religionis spiritum suffocatur. Natura nobis cor tribuit tenerum, ac molle, ut eorum misereamur malorum, quibus alios affici videmus, & ut gaudeamus illis, que ipsam prospera eventum, quoniam nostri sunt fratres. Christiana autem Religio, que in nobis ardorem coniungit caritatem, quoniam ex omnibus nobis unum tantummodo corpus efficit, cuius caput est Iesus Christus, cor nobis tribuit, quod Spiritus Sanctus informat, ut proximum diligamus, quemadmodum nosmetipsos diligimus; ut que eiusdem sunt, tanquam propria tueamur; ut huic ea optemus bona, que nobis cupimus; utque tandem prospera, vel adversa fortunae eiusdem participes simus, atque consortes. Quid porro invidus? naturales sensus evertit; omnia Christianae Religionis dogmata delet, cumque nec hominem, neque Christianum se ostendat, seipsum & in natura, & in Religione efficit monstrum. Ex tractatu de affectibus Bretonne in Eloquentia Ecclesiastica.

Quicumque es qui invidias, S. Cyprianus exclamat, quareis quomodo officias illi quem odisti: verumtamen nullus magis, quam tu saluti officere poteris. Quisquis ille est, quem zelo persequeris, subterfugere, & vitare te poteris. Tu te non potes fugere. Ubicumque fueris, adversarius tuus tecum est; hostis semper in pectore tuo est, pernicies innotata est, ineluctabili catenarum nexu ligatus, & victus es, zelo dominante captivus es, nec solatia tibi ulla subveniunt. Perleverans malum est hominem persequi ad Dei gratiam pertinentem. Calamitas sine remedio est odisse felicem. Verba Iun S. Cypriani de zelo, & ira.

Late patet zeli multiplex, & secunda pernicies. Radix est malorum omnium, fons cladum, feminarium delictorum, materia culpularum. Inde odium surgit, animositas inde procedit. Avaritiam zelus in-

Malum quo invidus morretur, in illius tantum est mente.

Invidia peccatum est contra iustitiam.

Eiusdem argumetum.

Invidia indoles, & caecitas.

Invidia bonum mutat in malum.

Quidquid boni invidus in aliis videt, illi dolorem addit.

Malum, quod sibi met invidus infert.

Invidia plurimum malorum fons est.

inflammatur, dum quis suo non potest esse contentus videns alterum ditorem. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus altorem. Zelo exaccant sensus nostris, atque in ditionem suam mentis arcana nodigente, Dei timor spernitur, Magisterium Christi negligitur, iudicii dies non providitur. Inflammatur iam, exacerbatur vita, perfidia pravariatur, impatientia concutit, furit discordia, ira fervescit, nec se iam potest cohibere, vel regere, qui factus est potestatis alienae. Hinc Dominice pacis vinculum rumpitur, hinc charitas fraterna violatur, hinc adulteratur veritas, unitas scinditur, &c. Eiusdem.

Mororem ac tristitiam parit invidia.

Qualis vero est animae tinea, que cogitationum tabes, pectoris quanta rubigo zelare in altero vel virtutem ejus, vel felicitatem, id est odisse in eo vel merita propria, vel beneficia divina, in malum proprium bona aliena convertere, illastrum prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam poenam, & veluti quosdam pectoris suos admove carnifices, cogitationibus, & sensibus suis adhibere tortores, qui se inestis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta malivolentiae unguis possent. Eiusdem.

Eiusdem argumetum.

Invidi sanctis viventium merita, sua faciunt invidendo peccata, & in eis bonum corumpunt invidi, qui quidquid boni fieri, vel dici Sanctis audierint, aut omnino non credunt, aut res bene gestas in malum male interpretando convertunt. Omne malum, quod de illis mendax fama postaverit, statim tanquam ipsi viderint, credunt. Feraciter eis, qui illud verum non esse probare voluerint, contradicunt. Omnia suis zavis finibus, eorum profecta desunt, odia inter se abscondunt, & in suos cruciatus emittunt, profectibus invident, peccantibus favent. De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, de inimicitiis gratulati ardent, deprehendi pectoris sui malitiam sument, semper amari, nunquam certi, amici diaboli, inimici etiam sui, omnibus odiosi. Ad gaudentia anxii, ac plangenda laeti, utrobique dispersa. Inter amicos discordias seminant, discordantes ad tempus, si possunt, in disensione confirmant &c. Verba sunt S. Prosperii de vita Contemplativa cap. 9.

Invidia bonum mutat in malum.

Invidi male bonis uti non desunt. Bene malis uti sunt martyres Sancti, in testimonio spiritualibus strenui nostri veraces, & in castis spiritualibus strenui bellatores; qui tribulationibus & damnis, ac variis cruciatibus affecti pariter, & probati terrenis celestia mutaverunt, & de bono usu malorum profecti ad gaudia bonorum perennium pervenerunt. Item bonis utitur invidus male, quia omnibus bonis, quae miser execratur adiunctis, animi sui supplicio relinquitor affligendus. Et quid ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet invidendo caritatem? At unde sibi parabit salutem, qui de salutis materia (bonis male utendo) facit pernicem? Verba sunt eiusdem S. Prosperii.

Quidquid boni invidus in aliis videt, illi dolorem addit.

Invidia dolor est, quo ex aliorum afflictione prosperitate; ideo invidentes nunquam tristitia, & morore sunt vacui. Si messis in accolae arvis luxuriant, si bona affluunt domi illius, si omnia illi cedunt e voto, si commodam, suavemque vitam ducit; hac omnia invidentem morore conficiunt, atque adiungit ad desperationem. Si quis fortis est, si compositus eiusdem corporis habitus, eloquentia, & prudentia celebratur; si alius plurimos congestos habet auri, argenteique thesaurorum, eosque large effluque pauperibus erogat; si alius bonis operibus sibi mortalium omnium existimationem conciliat, hac omnia invidi mentem affligunt. Attamen hiscere ne audeat quidem, immo gaudium testari debet: quamvis cor illius morore torquetur, laetitiam simulat, donec animus ejus livor excruciat. Si ab eo queris, quid illi displicat, aegritudinis suae causam proferre non audeat. Neque putes fratris felicitatem illi asserere tristitiam, vel ob ea, quae aliis accidunt bona, dolere; sed ita sibi persuadeat ex aliorum prosperitate suam perdere infortunium. Hoc ille fatari teneretur, si finere loqui vellet; sed quoniam pudet adeo turpe vulnere detegere, intra se continet malum, quo illius viscera laniantur, ac discerpuntur. Ex Sermone quodam S. Basilii huius argumetum.

Quomodo invidentes agant.

Nihil solatium asserere potest invidenti, nisi ille, quem ferre non potest, in gravissimum decidat infortunium: cessat odisse hominem felicem, cum sit infelix; se illi proficitur amicum, eumque opera sua juvare pollicetur, ubi illum in sterus erumpe-

Quomodo invidentes agant.

Nihil solatium asserere potest invidenti, nisi ille, quem ferre non potest, in gravissimum decidat infortunium: cessat odisse hominem felicem, cum sit infelix; se illi proficitur amicum, eumque opera sua juvare pollicetur, ubi illum in sterus erumpe-

re, suumque deplorare videt infortunium. Mavult misereri prolantis, quam plaudere prosperis rebus perfruenti, & in partem felicitatis eiusdem accedere. Fortunae ipsius everitionem prosequitur lacrymis non ex humanitatis, aut charitatis sensu; cum illo sermonem habet de praeferita felicitate, ut illius dolorem exacerbet, illi in memoriam revocans ea, quae amisit, eorumque desiderium inflammans. Alienus admiratur opes, postquam adversa fortuna ereptae fuerunt; aliorum formam, vim, valetudinem laudat, cum morbi vi jam perierunt; celebrat hominis mortui merita, cuius, si viveret, laudes pati non posset. Denique omnes odit, donec prospera illis aridat fortuna; cum vero adversa iactantur, tunc se illos amare, eorumque calibus tangi profitetur. Idem.

Satis docet experientia, quoniam illi sint, quibus invidetur. Scythia, Sanctus Basilus ait, Aegyptio non invidet, sed alicui ex eadem natione; in natione eadem illi, quos ignoramus, invidiam cere non possunt; accola, amici, fratres, qui eadem studia, artesque proficiunt, illi sunt, qui se invicem ferre non possunt. Quemadmodum rubigo fegetes, ita invidia amicitiam corrumpit. Sed invidi poenas suant; etenim majus sibi damnum inferunt, quam proximo studeant inferre. Si iaculata multo impetu contorta in durum incidant corpus, in ejaculante resiliunt: ita invidia invidenti tantummodo dolorem addit, proximo autem non obest; etenim licet gravissimum sit moror tuus, quem mororem aliis potest adferre? Te ipsum torques; te tua rumpit invidia. Idem.

Cogita te tibi multo magis nocere, quam illi, cui invides, & gladium, quo alium transfodere conaris, tibi met in vultu inferre. Quid enim in mali Caelus Abeli fecit? immo praeter mentem maximum illi attulit bonum, ex infelicissimi ad beatissimum vitam migrare faciens; te autem infestis malis involvit. Quid Eliau obicit Jacobo? Eius invidia nunquam prohibuit, ne locuples fieret; cum interim ipse locuples amittit patris sui hereditatem, ac benedictionem infelicitate vitat, & infelicissimi obicit? Quid nocuit Iosepho invidiam invidia, quae illos eosque inopulit, ut sanguinem ejus janiam essent effusuri? Nonne tandem te ad incias redactos viderunt, ac janiam prope, ut fame interirent, cum interim frater tuus tui dominaretur Aegypto? Ita quo majori in fratrem invidia flagras, eo maiora illi bona procuras. Deus, qui videt omnia, innocenti patrocinatur, atque ita succensus propter injustitiam tuam, qua illum laesissis; eidem opem ferre obediatur, cum illum conaris opprimere; immo in te etiam pro scelere magnitudine animadverit. Si consuevit Deus eos persequi, qui inimicorum suorum malis letantur, quanto magis eos puniet, qui invidia ad eos oderunt, a quibus laeselli non sunt? Ex Sermone 40. S. Chrysostomi in Sanctum Mathaeum.

Crudelis hac animi aegritudo efficit, ut invidus ex homine demon fiat: invidia in fratrem acuit, peperit homicidium. Hac fratrem in fratrem acuit, omnesque naturae sensus avertit. Hac innocenti Abel sanguine tellurem sedavit, & postmodum effecit, ut hac ipsa tellus desisteret Core, Datan, Abiron, & eos omnes, qui illis adhaerant contra Moysem, devoratura. Verbo, sicut meo tepe-tere primi hominis lapsum, quem demonis invidia produxit, ut hinc possit inferri, funestam hanc passionem omnium mundi malorum originem extraxisse. Idem.

Si infelix, qui crudeli hac animi perturbatione torquetur, aliquid extrinsecus invenire possit solatium, vel adpectu alicujus abieci, quod illi gaudium asserret, vel sui cordis effusione in amici firmitate; quamvis infelix esset coram Deo, quales sunt peccatores omnes, non talis videretur tamen coram mortalibus: quamvis non possideret verum Christiani hominis bonum, frueretur tamen hominis naturalis requie, vel consolatione, & gauderet fallaci ea tranquillitate, propter quam tot improbi in ipsis secleribus suis voluptate quadam perfunduntur. Ex omnibus consolationibus, quae secundum mundum sperare possunt, nulla tamenior est, quam habere in cujus sinum tuto omnia animae nostrae secreta effundere liceat; ut sincera affectione nobis, & in adversis aequae, ac in prosperis assideat; ut & nostrorum misertus calamitatum, ac nostris congaudens felicitatibus consoletur. At hoc bonum, hac suavitas, hac requies pro invidentibus nequaquam sunt; nullum ferme habent am-

Quoniam illi sint, quibus invidetur.

Invidias si bi magis obest, quam illi, cui invidet.

Mala, quae invidia invidenti peperit in mundo.

Invidus non audeat alicui appetitiam, quae torquetur.

cum, vel si quem habent, sese illi aperire & cor suum detegere non audent, & pudor, qui illos deterrere, ne mali sui causam prodant, efficit, ut nullum reperire possint solatium, vel medicinam, Ex tractatu de affectibus, Abbatis de Breteville in Ecclesiastica Eloquentia.

Huius affectus cecitas.

Nihil magis cecum est, quam hæc animi aegritudo, quippe omnia fallacia bona pro veris desumit; etenim, ut plurimum, non christianæ virtutes, neque spiritus, animæque divitiæ, invidiam cient, sed fortunæ bona, quæ profecto mala potius, quam bona sunt. Sit quispiam sanctus, iugibus cum Deo fruatur colloquiis in contemplationibus maxime sublimibus; nemo fortasse huic invidet. Sed si aliquam apud Principem obtineat gratiam, si ad recentem dignitatem evehatur, tunc invidiæ jacula undequaque irruent in illum. Monstruosa ignorantia! mirabilis insania! invidere propter fluxa, fragilibus bona, quæ sæpe vera sunt mala. Idem.

De illis, quibus invidetur.

Non erit operosum consolari eos, quibus invidetur, satis enim constat quod meritum dumtaxat parit invidiam, & meritum ipsum, quod illi ortum, mortem etiam inserit, constituens hominem extra telorum illius iactum, atque virtutis ac veritatis vi invidos cogens, ut meritum, nisi amare velint, saltem in pretio habeant, atque admittent. Idem.

Invidia ignava est, & inobtus affectus.

Dolores omnes malum habent pro objecto; & si in excessu eorum non deest iustitia, in causa excusatio non deest. Sed invidia est æque ignava, ac iniusta, & quæcumque ex parte incipiat, nullum habere potest prætextum, atque colorem. Virtutes omnes lædit, & nequitia nunquam satis improbanda bellum indicit omnibus hæc præclaris habitibus, qui maxime puram animæ solitæ gloriam constituunt. Cæterorum vitiorum odium certis limitibus continetur; eam tantummodo virtutem persequitur, quæ singulis adversatur. Avaritia liberalitatem tantummodo insectatur, ambitio modestiam, & mendacium licet imprudentissimum sit, solum veritatem impugnat. Sed invidia omnium horum monstrorum crudelissimum, virtutibus omnibus infert bellum, & quasi virus est ex reliquis omnibus compositum, eodem tempore charitatem, iustitiam, misericordiam, & humilitatem lædit. Si enim charitas efficit, ut omnia sint communia; hæc ea sibi propria vindicat, & non ea possidere tantum, quantum proximo eripere gaudet; si iustitia unicuique reddit, quod suum est; hæc omnia pro se retinet, ac non aliud præter suum cognoscere cupiens meritum, putat omnia sibi præmia deberi; Si misericordia alienis condelet malis; hæc illis gaudet, atque per summam nequitiam exultat; si humilitas nihil contemnit; hæc omnia vituperat: adeo universale malum est, & hæc turpis tristitia simul ex avaritia, superbia, & crudelitate conflata est. Sed licet contra virtutes omnes succensa sit, majores tamen conatus suos in eas demittit, quæ sunt nobilissimæ, atque majori impetu in eas ferret, quæ magis effulgent. P. Senault, Tractatu de Affectibus.

Scelerum quorum causa invidia fuit.

Nullum patratum fuit patricidium, quod illa non suscitaret, & ex tot sceleribus, quæ odio, vel iræ accepta referuntur, quæ magis insignia fuerunt, invidiæ opera sunt. Hæc in ipsis etiam mundi primordiis Caini dexteram armavit in fratrem, eique ministravit arma, antequam ex terræ visceribus ferum effodisset. Eo sæculo, quod innocentie succedebat, primum docuit patricidium; & mors, quæ tantum erat poena peccati, ejus consilio, facta peccatum est. Hæc filios Jacob in fratrem Joseph suscitavit; futura hujus magnitudo in illis invidiam excitavit, atque ut Cæli consiliis advertirentur, servituti manciparent, quem Deus Regem cupiebat efficere. Hæc Sauliem excitavit in David, cacocoe forore illi persuasit, nihil regibus esse tam perniciosum, quam subditorum magnitudinem; & extranei potentiam non esse æque metendum, ac famuli alicujus virtutem. Sed ut rem aliis, ab ipsa usque malorum nostrorum origine repetamus, hæc demones in homines accendit, eumque viam docuit, quæ illos perdere possit antequam nascerentur, eique mortem inferret, antequam in hanc lucem prodirent. Idem.

Mala, quæ invidiosum sibi met infert.

Si tot mala inimicis suis adfert invidia, non pauca sibi quoque constat: hæc sibi æque, ac virtuti supplicium est: nullam enim intuetur felicitatem, quæ eidem non afferat dolorem; proximi sui prosperitas illius causa est infelicitatis; si quid e-

voto cedit finitimis suis, dolet, & unius hominis prospera fortuna satis esse potest, ut invidiam in æternum infelicem efficiat. Hæc boni, malique naturam confundit, ut sua auget gaudia, atque ac improbitate, quæ ideo iusta est, quia eidem est perniciosa, lætatur ob malum, & tristatur ob bonum, atque in publica calamitate invenit suæ lætitiæ, suique triumpho argumenta. Sua sibi perniciam arridet, dummodo secum trahat inimici ruinam, eique adeo naturale est injustitias committere, ut fruatur voluptate sese ulciscendi sumptibus etiam vitæ suæ. Contra fortunam irascitur; de suo conquiretur sæculo; cum inimicorum suorum lætas res prohibere non potest, desperatione acta solitudinem querit, ubi sua meditans infortunia, luit pœnas omnium scelerum, quæ patravit, utque suam consoletur infelicitatem, mortalibus omnibus persuadere conatur, quod aliorum virtutes improbat eo solum, quod in illis deprehendit defectus, quos probare non potest. Idem.

Certissimum est axioma, ea omnia, quæ in nobis invidiam cient, supra nos esse; nostro quoque iudicio aequalibus nostris concedimus, cum eorum merita nobis invidiam creant. Princeps sit subditorum suorum mancipium, cum horum felicitas illi parit suspensionem; atque secum arbitratur, eorum fortunam sua esse elatiorem, ubi invidet illi. Hæc de causa Sanctus ille vir Job, cui mala sua tantam nominis celebritatem pepererunt, & cujus innocentia tot fuit exercita calamitates, animadvertit invidiam ignaviam animarum effectum esse; si enim quid nobilitatis haberent in corde, ea minime vota nuncuparent, quæ suam detegerent infirmitatem; si in aequalibus egregiam aliquam perfectionem deprehenderent, hanc meritis laudibus prosequerentur, vel nobili emulatione inflammati eandem niterentur acquirit: sed cum illis vitium tantquam tyrannus impetierit, ignava dumtaxat vota concipiunt. Idem.

Nihil in terris vulgatus invidia. Si celum benedictionem in aliquam famitiam effudit, si labor, & innocens industria opibus cumulavit domum viri alicujus virtutibus præditi: si hominis pii augentur bona, quæ fortasse vanitates sunt diminutio, vel fructus modestiæ: si proximus ager finitimo tribuit uberimum curatum, cultoræque præmium, quoniam oculo invidus, improbitate exiles hæc respicit prosperitates? Dolet, murmurat, & parum abest, quominus celum injustitiæ redarguat, alienamque felicitatem sibi in admirationem æque, ac supplicium convertit. Flebiter sermon secundus pour l'ouverture des Etats de Languedoc.

Nihilne hoc vitio invidiosus, & abjectus fingi potest? Hinc videmus, licet plurimi fateri non erubescant se vel ambitiosos esse, vel iracundos, ad amorem, vel odium pronos, vel etiam se impuro affectu torquenti; qui se invidium esse fateatur, erit nemo. Hic omnia extrinsecus gerit invidiæ signa in tristi, torvoque obtutu, rugosa fronte, plumbeo vultu colore, corpore arefcente, qui tamen, ubi aderit occasio, risum simulabit, ut eam, quæ torquet, tristitiam dissimulet. Animæ magnitudo in hoc posita est, ut cupiat omnes efficere posse beatos; invidia vero, quæ ex mentis imbecillitate, & cordis angustia procedit, aliorum felicitatem in suam convertit calamitatem. Invidus, Sanctus Chrysostomus inquit, in fratris afflictionibus suas delicias nasciturus, si quid illi mali accidere videt, tunc respicit, suamque animi tranquillitatem acquirit. His lætatur, quæ aliis dolorem afferunt; illorum excidium suæ accipiet felicitatis; illorum bona suam putat fortunam; verbo, non tantum suam cogitat fortunam, quam alienam infelicitatem, neque magis unquam propria calamitate, quam aliena felicitate torquetur. Abbas de Monmorel sermone in 16. Dominicam post Pentecosten.

Invidus seipsum indefinitèr punit, & torquet, quin aliquid unquam vere voluptatis percipiat. Aegritudine sua ita possidet, ut non pacem, non innocuas inveniat, ejusque scelus semper committitur, & perseverat. Ea in tristitia, quæ ex bonorum iactura proficitur, aliquid invenitur solatium, seu quod consolatur videntes amicos in malorum nostrorum partem accedere, seu quod cum illis colloqui possumus, lacrymalique miscere; sed tristitia, quam parit invidia; nunquam lenitur, ac semper æque nos torquet. Qui eadem afficitur, non audet conqueri, immo ne hinc eripere

Invidiosus ostendit se, quibus invidetur.

Invidia quam comitatur.

Invidia charitatis contraria.

Quam ignoramus sit hoc vitium.

Invidiosus est tempore proxi- mium suum, & quin ultra sibi præbeatur occasio.

Invidiosus moritur omni casu solatio.

Quomodo invidia Spiritu Sancto opponatur.

quidem; sed intus celat, nihilque magis veretur, quam ne sese extrinsecus pronat. Idem.

Oratio ad Deum contra invidiam.

Domine, possimus quidem ratione, & multo magis propria doli experientia cognoscere, invidiam animi aegritudinem esse, quæ nos maxime torquet, & in maxima scelera adducit, sed tuæ tantum interest gratiæ nos vel ab ea tuteri, vel eam nobis auferre: hanc quoque nobis largire effundens in cordibus nostris charitatem tuam, quæ præsentissimum est invidiæ remedium. Tunc quin alienis gaudeamus malis, bonis vero doleamus proximis nostris, felicitas nostrum gaudium, ejusque adversa fortuna nostrum erit infortunium: tunc interiori turbæ, qua laniamur, pax tranquilla succedet &c. Idem.

Mala, quæ parit invidia.

Sancti valida applicare consueverunt remedia huic morbo; at non postremum est scire hunc esse plurimum scelorum fontem, & primum fuisse creaturam in Cælo, ac in terra peccatum. Invidia enim Luciferum perdidit, qui prævicius, vel audienti futurum Incarnationis Mysterium, futuramque hominis felicitatem, Salvatoris humanitatem adorare detrectavit. Invidia apostatam Angelum hunc impulit, ut protopænitent nostrum persequeretur; invidia iusti, ac innocenti Abel crudele Caini manu terram irrigavit; invidia effecit, ut castros Joseph a fratribus venderet, invidia causa fuit, propter quam Saul quidem Davidi, Esau vero fratri Jacob mortem intere conarentur. Augur Anonymus.

Invidia invidiosum omnium primum, verumtamen.

Sanctus Gregorius Nyssenus in vita Moysis, quam scripsit, ait invidiam primum esse peccatorum omnium, quæ unquam patrata fuerunt. Ideoque illam appellat vitiorum omnium radicem, malorum initium, ac mortis januam. Quamvis hoc vitium abjectissimum sit, atque turpissimum, fatendum est tamen, de Cælo originem duxisse, quandoquidem efformatum fuit in corde nobilissimi spiritus, qui Lucifer est; qui ex plurimorum Theologorum sententia tunc temerarium hoc init consilium contra Deum rebellandi, cum livido, invidioque oculo prospexit sublimia, & adorabilia Jeshu Christi fata, ferre non valens, quod homo sibi præferret. Pater Textor, Sermone pro feria secunda Hebdomadæ tertie in Quadragesima.

Invidia charitatis contraria.

Quam ignoramus sit hoc vitium.

Invidus eam gratiæ legem infringit, quæ jubetur nosmet considerate tamquam fratres in eadem familia degentes sub ejusdem patris imperio, & in sinu matris educari. Sufficit hunc spiritum unitatis, quos Christianæ Religio animatur, & quo jubetur invicem nosmet mutuo amore complecti tamquam ejusdem corporis membra, ut Sanctus Paulus inquit: Si quid patitur unum membrum, cætera compassantur membra. Nullum est, vel sanguinis, vel amicitie, vel beneficiorum vinculum, quod non frangat invidia. Mens terribis obscurata invidiæ tenebris nullam habet rationem, non dico solum amicitie, & beneficiorum receptorum; verum eque boni, & utilitatis, quam sperare potest ex illius, cui invidet, prosperitate. Idem.

Invidiosus est tempore proxi- mium suum, & quin ultra sibi præbeatur occasio.

Inde vero hujus peccati improbitas patet, quod teterissima fovet odia, improbitate aversiones temere, & sine causa: quod egregie S. Gregorius Nyssenus explicat, cum invidium interpellat, atque ex eo querit: Heus tu, nunquid frater tuus te læcivis, & occasione præbuit, ut de ipso quereretur? Nihil omnino, invidus reddet, si sincere fuerit locutus: affinis meus est, consanguineus, amicus, de me quam optime meritis. Quare igitur nullam prætermittis occasionem male de eodem merendi, omnia vera illius censoria nota castigandi, omniaque præclara ejusdem facta improbandi, & laudes, quibus ab omnibus excipitur, detenderi? Quare non ita pridem illius perhorre- sculis colorem intinuitus? Dic quæso hujus simul- tanicium? Quid injuria tuam sibi constavit invidiosum? Si homo hic sine simulatione responde- rit, dicet finitimum hunc ingenti auctum fuisse felicitate, dignitatem aliquam, nominisque celebritatem coniecutum fuisse, atque prosperis rebus lætari &c. Idem.

Quomodo invidia Spiritu Sancto opponatur.

Quemadmodum peccatum hoc peccatiorem habet cum diabolo rationem, ita etiam omnino Spiritui Sancto adversatur, quia illius bonitatem, & amorem offendit. In infinita hæc Deibonitate duo consideranda sunt, studium videlicet sese extrinsecus communicandi, & ubique sua bona effundendi, non suavissimum in suis communicationibus oble-

stationem. Invidus autem utrique hæc divinz bonitatis effectui adversatur; vellet, si liceret, divinz bonitati fecunditatem eripere; vellet saltem beneficam hanc fecunditatem in sola familia sua coarctare, atque donorum Deo immensitatem in se solum comprehendere. Tantum abest, quo ob ea, quæ aliis impertit bona Deus, gaudeat, ut immo inde mœrore conficiatur: An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Cainum interroga, undenam proficitur tristis ille corporis habitus, facies mœsta, terræ cogitationes & furoris consistia in fratrem suum. Inde hæc profecto Scriptura inquit, quia Deus propitio respexit oculo Abel, ejusque sacrificia; Respexit ad Abel, & ad munera ejus, & iratus est Cain vehementer. Quid! numquid nocens est Abel, quia ipsius sacrificia Deo placuerunt? Numquid dominus est oculus Dei, ut prohibeat, ne quod vult respiciat possit? Cain proprie non Abeli irascitur, sed Deo. Eius invidia lædit præsentem infinitam hanc bonitatem, cui jucundus accidit frater ipse; sed cum Deo succensere minime possit, Abeli succenset. Deus quoque malum, quod quis proximo suo studet intere, tanquam sibi illatum putat, atque inde inter- consilium augendi invidiorum mala, pluribus, majoribusque bonis eos cumulans, qui sunt invidiæ ejusdem objecta. Idem.

Math. 20.

Gen. 4.

Invidus dolorem suum solatur obtrudendo statione.

Invidus non aliud malo suo solatium nasciturus præter obtruditionem, quæ eisdem effectus est. Hinc secreta vota contra proximi bonum; hinc timor, ne progrediat; hinc doli, qui exercentur; hinc illi laborum fructus eripiantur; hinc ambages, quæ adhibentur, ut adionibus ejus inpergatur virus, & improbitate illæ explanationes, quæ sermone ejus in prærum sensum torquent; hinc frigidum illud silentium, quo laudes ab aliis collatæ recipiuntur; hinc censorie notæ, quæ levissimam extrinsecam excusationis nota commendatorem; hinc denique bellum apertum, quod illis infertur, qui clam everti non possunt, quod illis infertur, qui clari everti non possunt. Ex libro cui titulus: Es- sais de Sermons pro feria post Pentecosten Domini- nia.

Invidia causa fuit mortis Filii Dei.

Per demones invidiam mors in mundum ingressa est; & per invidiam Judæorum initum fuit consilium horribile, & execrandum mortis Filii Dei; hæc illum cruci affixit, & hodie quoque in plurimorum fidelium cordibus occidit. In ipsis mundi primordiis Jeshu Christum in figura Abel, qui primus iustorum fuit, interfecit, sed hodie eundem in propria macula persona. O nequissimi animi aegritudinem, quæ adeo violenter innocentes persequitur! Hæc non solum causa est mortis Filii Dei, sed lænat etiam mysticum ejusdem corpus, videlicet Ecclesiam. Est etiam causa dissensionum omnium in hominibus, omniumque quod Filio Dei intolerabilis est, quam si hæc sibi mala fierent. Posthæc, si Christiani sumus, cur sumus, cur passionem hanc non perhorrescimus? Omnes industriz nervi contendendi sunt, ne illius doli capiamur, omniaque adhibenda lumina, quæ fides impertit, ut secretos illius motus investigemus, quoniam affectuum omnium hic callidissimus est. Impositatis affectus sese palam ostentat; sed invidia clam irrepit in animos, quin investigatur, atque miraculo opus est, ut inde evellatur. Ex Sermonibus sub Patris Bourdaloue nomine editis. Sermone pro feria 6. majoris hebdomadæ.

Invidiam Sanctus Augustinus definit dolorem ex alterius felicitate. Hic detestabilis est affectus hominem demoni similem efficiens; invidus enim, ut ille in infernum suum Beatorum paradysum convertit. Hic affectuum omnium est iniquissimus, quippe hominem odit, quia bonus est, eique imprecatur mala, quia felix; & quod magis mirum est, eum damnat, quia integer est, feceritque purus. Hic iracundus affectus est Deo simul, hominibusque succensens, qui nihil boni operatur, neque alios operari permittit, qui virtutibus omnibus bellum indicit: qui impugnat Spiritum Dei, qui spiritus est veritatis, & amoris; qui bonitatis eius effusionibus adversatur, & qui gratiarum ipsius fontem exhaurire contendit. P. Craffet, libro de Fide Victici, Tomo 1.

Invidia est causa fidei zelus, & ab- se pietatis.

Vis characterem eorum qui falso devoti sunt, & se zelo accensos simulant? Secreta flagrant invidia in eos, qui veram excollunt devotionem. Ea improbitate, quæ non nisi a demone proficisci potest, metuunt, ne illis sayeat Deus. Vellent, si pos-